

M. Petrus de Benešov

Nechutová, Jana (editor)

**Utrum pro reformanda : quaestio disputationis de quolibet Pragae
anno 1416 habitae**

*Sborník prací Filozofické fakulty brněnské univerzity. B, Řada filozofická.
1973, vol. 22, iss. B20, pp. [101]-123*

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/106610>

Access Date: 30. 11. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

M. PETRI DE BENESOV

UTRUM PRO REFORMANDA

Quaestio disputationis de quolibet Pragae anno 1416 habitae

EDIDIT JANA NECHUTOVÁ

Praefatio

Quaestionem „Utrum pro reformanda in ecclesia Cristi unione“, quam primum nunc editam lectori in paginis sequentibus proponendam esse statuimus, Magister Petrus de Benešov in disputatione de quolibet Universitatis Pragensis a M. Simone de Tišnov anno 1416 habita egit. Quam viri docti historia dignam memoriaeque prodendam merito ducunt: defendens enim Wyclifi articulum „Decime sunt pure elemosine“ probat Petrus necessitatem evangelicae paupertatis clericorum necnon et ius potestatemque auferendi a clero bona temporalia, et, res notabilior, pro argumentis suis plurimis Magistro Universitatis Parisiensis Mathiae de Janov gratiam debet. Quapropter in hac quaestione facile apparet auctores bohemae reformationis fructum e sententiis iudiciisque insignis praedecessoris illius cepisse, qui tunc non modo oblivioni traditus non erat, quin etiam a Hussitis adhibitus, aeque ac Wyclif, usui esse potuit postulationibus ad emendationem ac correctionem ecclesiae societatisque humanae spectantibus defendendis. (M. Petrus opere potissimo M. Matthiae de Janov, „Regulis Veteris et Novi Testamenti“, usus est, et quidem tractatu „De ecclesia“ — 1. III, tr. IV.)

Textum quaestionis nostrae in quattuor codicibus scriptum invenimus, quos, lectionibus inter se comparatis, sic ordinare decrevimus:

F — codex Bibliothecae Universitatis Pragensis IV F 25, fol. 157r—165v,

G — codex Bibliothecae Universitatis Pragensis III G 8, fol. 104r—110v,

M — codex Bibliothecae Universitatis Brunensis Mk 102, fol. 206r—215r,

V — codex Vindobonensis (Bibliotheca Nationalis) 4002, fol. 6r—12r.

(In rebus graphicis autem lectionem codicis M secuti sumus.)

In notis criticis conabamur omnes lectiones discrepantes notare, non nullis tamen perspicuis atque mediocribus scribarum mendis et rebus graphicis exceptis. Adnotationes marginales indice marginalium (vide p....) continentur.

Omnia, de quibus in hac praefatione quam brevissime locuti sumus, in praefatione bohemica („Předmluva“) uberioris tractantur.

Předmluva

Kvestie „Utrum pro reformanda in ecclesia Cristi unione“ byla přenesena M. Petrem z Benešova na kvodlibetu M. Simona z Tišnova.¹ Pramenem našich znalostí o tomto universitním aktu z r. 1416 jsou jednak přípravná akta kvodlibetářova, zachovaná (spolu s akty kvodlibetu Husova) v kodexu knihovny Národního muzea v Praze, sign. VC 42, fol. 55r až 146v, jednak několik porůznu zachovaných kvestií, jež pro Simonův kvodlibet stejně jako pro kvodlibety ostatní kriticky sebral J. Kejř.² Kollem Simonova kvodlibetu vzniklo více různých dohadů a s konečnou platností vyřešil jeho problém teprve B. Ryba.³ Díky jemu máme dnes správnou představu o průběhu aktu a jsme seznámeni s jeho různými jednotlivostmi, např. s úvodní kvestií.

Za tuto „questio principalis“ byla dlouho považována právě kvestie „Utrum pro reformanda“, ačkoli jeden z jejích rukopisů (UK Praha IV F 25) přímo dosvědčuje autorství Petra z Benešova. Teze Petrova výkladu čteme ve zmíněné příručce kvodlibetáře z kodexu knihovny Národního muzea VC 42 na fol. 109r–113r, jeho plné znění se dochovalo ve čtyřech rukopisech, o nichž bude řeč dále.

Kvestie je pozoruhodná tím, že se podobně jako řada jiných projevů téhož kvodlibetu (viklefské vystoupení M. Martina z Prahy nebo protiutrakvistická kvestie „Utrum probari potest“) zabývá tematikou pro svou dobu vysoce aktuální. Petrova kvestie je vedena jako obhajoba 18. článku Viklefova „Decime sunt pure elemosine“. Autor ji postavil na traktátu M. Matěje z Janova „De ecclesia“, který je součástí Matějových „Regulae Veteris et Novi Testamenti“ (kn. III., tr. 4.). Tuto skutečnost zjistil J. Prokeš, který podal rozbor kvestie a některé paralely s Janovovým dílem.⁴ O významu Simonova kvodlibetu, pro jehož myšlenkovou náplň je Petrův projev spolu se zmíněnou kvestií M. Martina z Prahy podstatný, říká J. Kejř: „M. Šimon, tehdy ještě jeden z čelných bojovníků husitské strany, naplnil svůj kvodlibet thematikou tak ostre proticírkevně zaměřenou, ve které hlavním motivem byly útoky na instituci papežství a jeho svrchovanou moc a na církevní jmění, že se jeho disputace stala ze všech známých kvodlibetů vůbec nejradikálnějším projevem aktuální kritiky církve.“⁵

Kvestie M. Petra z Benešova je však významným pramenem k husitskému myšlení své doby i svými výpůjčkami ze spisu předhusitského autora M. Matěje z Janova. Ukazuje nám, že dílo tohoto Husova předchůdce bylo stále živé a že, ačkoli Hus sám znal Janova poměrně málo, Husovi spolupracovníci, žáci a pokračovatelé (vedle Petra z Benešova vime o důkladných excerptech Matěje z Janova např. u M. Jakoubka ze Stříbra

¹ V tomto výkladu vycházím především z publikace J. Kejře, *Kvodlibetní disputace na pražské universitě*, Praha 1971, zvl. str. 97–101, kde je uvedena další literatura.

² V dokumentačním oddíle citované publikace, str. 149–158.

³ *Kvodlibet Simona z Tišnova*, Listy filologické 1948, str. 177–188.

⁴ *Kvodlibet Simona z Tišnova*, Časopis Matice Moravské 1921, str. 25–51; Prokeš ovšem nemluví o Petrovi z Benešova, ale o Simonovi z Tišnova, neboť ještě považuje nás text za kvodlibetářovo „questio principalis“.

⁵ O. c., str. 100–101; srov. porůznu ve spise téhož autora, *Stát, církev a společnost v disputacích na pražské universitě v době Husové a husitské*, Praha 1964.

nebo u Mikuláše z Drážďan) využívali Matějových myšlenek a formulaci k argumentaci pro nyní už skutečně husitskou ideologii, již Matěj sice na konci 14. století pomáhal připravovat, ale k jejíž podobě z r. 1416 sám dospěl ještě nemohl a snad by ani dospět nechtěl. — V naší kvestii poskytl Janov Petrovi z Benešova materiál ke zdůvodnění oprávněnosti a potřeby evangelické chudoby kněžstva a toho, aby bylo zbaveno majetku, který vede ke světskému panování. To je, jak víme, jeden z hlavních postulátů Víklefových. Petr tedy obhajuje Janovovými slovy Víklefovy myšlenky. Prokeš⁶ konstatuje, že zrušení kněžského panování není v této kvestii konečným cílem, nýbrž prostředkem k cíli, jímž je, zcela v duchu Matěje z Janova, jednota církve. Zde jsme u jádra systému Matějova, u jeho unionismu, který je výsledkem jeho filosofického realismu a podkladem pro jeho eklesiologii a nauku o svátostech. Vidíme, že tato nosná idea Matějova je jednou z těch nauk českého domácího reformního hnutí, které tvoří most k přijetí víklefismu: neboť i z Janova je koneckonců možno vyvodit, že v zájmu jednoty církve je nutná sekularizace kněžského majetku.

*

K práci na edici tohoto textu jsem vyšla z údajů J. Kejře v dokumentačním oddíle jeho publikace „Kvodlibetní disputace na pražské univerzitě“.⁷ Kejřův záznam zní takto:

Fol. 109–113a (tzn. teze v kvodlibetářově příručce – rukopis KNM V C 42) Utrum pro reformanda in ecclesia Cristi unione necesse est clerum renunciare omnibus, que possidet, in affectum et effectum et sequi Cristum in ewangelica paupertate.

1) Autor: Petr z Benešova

2) Rukopisy: Praha UK III G 8, fol. 104a–110b (. G)
Praha UK IV F 25, fol. 157a–165b (. F)
Brno-Mikulov 102 (dř. II. 123), fol. 206a–215a (. . M)
Nationalbibliothek Wien 4002, fol. 6a–12a⁸ (. . . . V)

Měla jsem tedy k dispozici čtyři uvedené rukopisy (s výjimkou brněnského-mikulovského všechny pouze ve fotokopiích). Z praktických důvodů jsem pořídila základní opis z brněnského kodexu Mk 102 a má edice se tudíž přidržuje jeho grafické podoby. Po kolaci dalších rukopisů jsem dospěla k závěru, že podle spolehlivosti a úplnosti je rukopisy třeba se stavat v tomto pořadí: F, G, M, V.

Ctení jsem pak rekonstruovala podle rukopisů v uvedeném pořadí, foliace je uvedena podle rukopisu F.

Textový aparát se snaží zachytit všechna různočtení kromě jevů ryze grafických a zřetelných písarských chyb. Mimoto v textu vynechávám a nezaznamenávám ani v kritickém aparátu časté „etc.“ na koncích odstavců a nechávám stranou nepodstatná různočtení uvozovacích partií při citacích (např. Joh. III^o, Joh. 3, pouhé Joh. apod.) Text přepisují podle

⁶ O. c., str. 46–47.

⁷ Str. 154–155.

⁸ Dále uvádí Kejř u svého záznamu vyčerpávající odkaz na literaturu k naší kvestii.

„Pravidel pro transkripci latinských rukopisných textů“, která byla vypracována na půdě I. tř. bývalé České akademie věd. Na místech, kde se texty rukopisů odlišují graficky, dávám, jak bylo řečeno, přednost variántě kodexu M. Jména citovaných autorů a biblických knih, uvedená písáři ve zkratkách, vypisuji většinou in extenso.

V soupisu marginální vynechávám časté „*nota*“ a pak údaje a číslovky, které mají pouze sledovat postup vlastního textu (např. „*conclusio*“, „*correlarium*“, „*articulus*“, „*1^m*“, „*2^m*“, „*1^a*“, „*2^a*“, „*1^v*“, „*2^v*“ atd.) a odkazy na biblická místa, pokud jsou již uvedeny v textu samém.

157r Utrum pro reformanda in ecclesia Christi unione necesse est 1
clerum abrenuncciare omnibus que possidet in affectu et effectu
et sequi Christum in ewangelica paupertate.

Responsurus ad hanc questionem primo ponam brevem protestacionem, deinde questionem in duos distinguam articulos. — 5
Protestor igitur coram domino Ihesu crucifixo, quod in hiis dictis meis dicendisque in posterum non intendo ea, que Christus Ihesus et sui apostoli plantaverunt aut sancti doctores Domino prestante incrementa rigarunt, evellere, sed magis promovere ea, que unitati gratissime ecclesie Christi officiunt Ihesum obpugnando, quod, 10 si hiis dictis meis, quod absit, aliquid ewangelice veritati contrarium admiserem, paratus sum, doctus a quocumque viro ewangelico, id emendare humiliiter et retractare et habere pro non dicto.

Ista protestacione stante parciendo hanc questionem in duos 15 articulos animadvertisite, quod primus erit de venusta ecclesie Christi unione et de hiis, que efficiunt et promovent huiusmodi unitatem, secundus erit de hiis, que dictam ecclesie unitatem impediunt et deformant, et de modo reformacionis eiusdem.

Quantum igitur ad primum articulum, noto, quod quamvis 20 ecclesia Christi multipliciter in scripturis capiatur, quantum tamen sufficit ad propositionem, tripliciter capitulatur ecclesia Christi. Primomodo ecclesia Christi est universitas electorum viancium, *ad^a domini Ihesu Verbi caro facti conformitatem, prout possibile est,*

157v vivencium; et sic ecclesia capitulatur in simbolo Anastasii ad / ecclesiā viancium contrahendo. Secundomodo ecclesia Christi est universitas electorum viancium, ad domini Ihesu Verbi caro facti conformitatem actu vel potencia finaliter, prout est possibile, vivencium, secundum quem modum multi predestinati secundum presentem iniusticiam difformiter Christo Ihesu viventes dicuntur ecclesia Christi; et sic ecclesia Christi Matthei XIII^{o1} dicitur esse similis thesauro abscondito in agro, cum nemo² viatorum sciat se amore vel odio esse dignum. Treciomodo ecclesia Christi est universitas viancium sub cultu unius veri Dei unicam religionem cristianam profitencium, et secundum hoc omnes cristiani boni et mali, presciti et predestinati dicuntur ecclesia Christi, dummodo caractere cristiano extrinsece sunt insigniti; et sic ecclesia Christi Matthei ubi supra³ dicitur esse similis sagene mis-

se in mare ex omni genere piscium congreganti. Et hiis tribus
acceptionibus utar mixtim in ista questione.

40

Secundo noto, quod sicut unicus⁴ est Cristus, caput ecclesie secundum Apostolum Ephesorum 1°, Verbum caro factum, sic est unica, simplicissima et suprema veritas, *via^b regia et strata publica in scripturis nuncupata, et^c ipsa est veritas vite et doctrine Christi Ihesu* in Christo Ihesu nobis incarnata et proposita ad imitandum iuxta illud Matthei XVII „hic⁵ est Filius meus dilectus, in quo michi bene complacui, ipsum audite“. Et ipsa est regula convenientissima, sanctissima atque summa racio et summum bonum, ad quod omnis homo est conditus et creatus — Genesis 1° „faciamus⁶ hominem ad ymaginem et similitudinem nostram“, estque metrum et mensura infallibilis et ydonea cuilibet cristiano ad se et suos doctores aut consiliarios discernendum in casu, quo contingit ipsis diversa docere aut consiliari, simplicitatem sanctorum distrahendo.

45

Ex quo sequitor correlarie, quod omnes doctrine, consilia et mandata superiorum, omnes revelaciones, actus et cogitationes hominis christiani sunt per istam regulam unicam mensuranda, et omnia isti regule contraria sunt respuenda. Ipsa enim est regula, secundum quam spiritus Ihesu et spiritus Bellial, spiritus veritatis et spiritus mendacii sunt discernendi et probandi. Ne unum pro reliquo acceptemus, hinc scriptum est „karissimi,⁷ nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt. Multi enim pseudo exierunt in mundum“ — 1^a Iohannis 4°. — Secundo sequitur correlarie, quod de necessitate salutis non aliter est tenendum, docendum cristifidelibus de VII sacramentis ecclesie, de clavibus, officiis et censuris ecclesie, de moribus, ritibus et ceremoniis, iuribus, libertatibus et sacris rebus ecclesie, de veneracione reliquiarum, de obediencia prelatorum, de indul-

50

55

158r genciis, de ordinibus / et religionibus, nisi secundum iudicium, conforme prime veritati et regule supradicte. — Tercio sequitur, 70 quod omnis ^d multiplicitas accidentalis mandatorum hominum et doctrinarum a lege Christi adventicia cum auctoritate obligationis ad mortalem culpam in ecclesiam Christi introducta et promulgata aut videtur prorsus inanis et nociva aut contraria unice et supreme veritati supradicte, tum, quia ista regula suprema est omnino 75 et omnifarie sufficiens populum christianum gubernare per spiritum Ihesu inhabitantem, qui⁸ docet homines omnem veritatem, tum, quia, iam ut apparet, hiis multiplicatis et in medium ecclesie productis Christus Iesus videtur non sufficere ad salutem creditibus cum hiis, que ipse et sui apostoli fienda sanxerunt, 80 sed iustificacio quedam alia, congregata ex doctrinis huiusmodi hominum et observanciis, habetur conpendiosior ad salvandum, prout questuosi ypcrite predican, quoniam secundum eosdem non est iusticia, salus et unio caritatis nisi secundum observancias hominum supradictas, sicut hic patuit per consilium doctorum anno Domini M^oCCCCXIII huius universitatis, propter quod magnis Dei preceptis in oblivionem datis et quasi abolitis nova

85

sua recenciaque inventicia sollemnisant necessitatemque salutis
conpendiosam simplicibus in ipsis predican et acclamant, quo-
rum multitudine nomen Crucifixi ductum est in abusum factum- 90
que in cristianis quasi alienum aut tale quasi ipsum non sit uni-
cum datum sub celo hominibus, in quo salus fieri oportet. (^e) Dixi
autem notanter „multiplicitas accidentalis“, id est secundum
adinvenciones hominum, sine quibus prius ecclesia in apostolis
et episcopis bene stabat.) ^f Per hoc autem non inpugno necessa- 95
riam et moderatam expressionem posicionemque statutorum per
ordinarios gubernatores ecclesie, solum ad edificacionem manda-
torum Dei, per que nichil de novo addunt, sed solum exprimunt
magis in speciali populis tenenda, que alias in communi regula
supradicta sunt ad plenum posita et intellecta. 100

Tercio noto, quod sicut^g unicusest Cristus, unica veritas sup-
rema, sic est unicus populus sub unica religione collectus (que^h)
religio alias dicitur apostolica, grece vero ecclesia katholica supra
descripta), que quidem religio non aliud in veritate est, nisi re-
gulata religio, id est populus supradicta regula supra regula 105
et restrictus. ⁱ Et hic est populus cristianus inmediate supradicte
regule et supremate veritati innixus, multipliciter in scripturis
commendatus. Hinc scribitur Deuteronomio 4: ^k „Hec^q est,“ in-
quit, „vestra sapiencia et intellectus coram populis, ut audientes

158v universi precepta Dei / dicant: En populus sapiens et intelligens, 110
gens magna. Nec est alia nacio tam grandis, que habeat deos
appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster.“ Et Paulus
apostolus Ephesorum II^o: „Fratres,¹⁰ iam non estis hospites et
advene, sed estis cives sanctorum et domestici Dei, superedificati
ipsi summo angulari lapidi, Christo Ihesu.“ Item Petrus in cano- 115
nica sua 1^a Petri 2^o: „Vos,“¹¹ inquit, „estis genus electum, regale
sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes eius
annuncietis, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen
suum, qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei,
qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam con- 120
secuti.“ Beatus quoque Iohannes enigmatibus fulgorem cristiane
religionis operiens dicit Apokalipsis 21: „Et¹² ego Iohannes vidi
civitatem sanctam, Ierusalem novam, descendenter a celo a Deo,
paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem mag- 125
nam de throno, dicentem: Ecce thabernaculum Dei cum homini-
bus, et habitabit in eis, et ipsi populus eius erunt et ipse Deus
cum eis erit eorum Deus.“

Quarto noto, quod unio ecclesie Christi est duplex, scilicet^j in-
trinsica et extrinseca. Unio intrinsicæ ecclesie est similitudo in
spiritu electorum in unius moris vinculo pacifico usque ad cor 130
unum et animam unam copulatorum, unio vero extrinseca eccle-
sie Christi est similitudo iocunda possibilis ad extra in rebus et
operacionibus ad similitudinem unitatis intrinsicæ formata, ut
est similitudo in cultu uno, in moribus, ritibus, habitu et usque
ad novissimas res temporales. De quibus dicitur Actuum 4 „mul- 135
titudinis¹³ autem credencium erat cor unum et anima una“

(quoad primum) „et erant eis omnia communia, nec aliquis quittet suum esse dicebat“ (quoad secundum).

Istis sic stantibus sit conclusio ista: Tota unio ecclesie Christi tam intrinseca uam extrinsea dependet a Christo Ihesu et spiritu eius. 140

Probatur sic: Solus Christus est causa unionis ecclesie intrinsece et extrinsece, igitur tota ecclesie unio dependet a Christo Ihesu et spiritu eius. Consequencia tenet ex eo, quia idem¹⁴) est dependere et antecedens probatur sic: quia *soli* Christi Ihesu opus principale est in unum colligere et congregare ipso attestante (*qui ait*, „*qui*¹⁴ non colligit mecum, dispergit“, „*quotquot*¹⁵ autem alii venerunt aliunde, sunt fures et latrones“) igitur conclusio vera. 145

Correlarium primum: Ubiunque inter cristianos fit unio intrinseca, maior et firmior similitudo caritatis, tanto maior ad extra fit similitudo morum et habituum et communicatio maior omnium rerum secundarum et econverso, quamvis non ubique 150

- 159r opere hominum, id est voto, pacto / et iuramento, sicut fit in falsis fratribus, sed opere precise mutue caritatis et dilectionis. — Secundum: Nullus¹⁶) alius potuit unicam religionem fundare 155 aut unum populum facere quam ipse dominus Ihesus crucifixus, qui potuit et voluit populos diversos sic in unum colligere intrinsecam unionem supradictam in ipsis operando, sicut scriptum est „volo,¹⁶ Pater, ut ipsi sint unum, sicut et nos unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint in unum consumati“. — 160 Tercium, quod sequitur ex isto: Fatuum et inpertinens est cuiuscumque puro viatori aliquam privatam religionem ex novo fundare, pacto votoque aut iuramento ad communicationem privatam in ritibus, moribus, habitu et statutis beneficencie rerum ad extra quosque posteros obligare, nisi unitatem intrinsecam supradictam, quam solus spiritus Ihesu efficit, possit efficere in eisdem, que est unionis extrinsece morum, consuetudinum et beneficencie rerum ad extra causativa. — Quartum: Videtur¹⁷ repugnare in populo christiano esse multas regulas et religiones et nominare eas singulariter aut intitulare eas alicui alteri homini puro, quam ipsi domino Ihesu Christo, quoniam hoc apostoli non fecerunt. Non enim sibi, sed fratri mortuo Christo Ihesu populos ascriperunt. Hinc scriptum est 1 Corinthiorum 1º: „Significatum¹⁷ est michi de vobis, fratres, qui estis Cloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico. quod unusquisque dicit 170 »Ego quidem sum Pauli, ego autem Appollo, ego autem sum Cephe, ego autem Christi«. Divisus est Christus? Nuncquid Paulus mortuus est pro vobis? Aut in nomine Pauli baptisati estis?“ Et simile habes infra capitulo IIº per totum, et simile habes in Actibus apostolorum in multis locis. — 5º: Omnis¹⁸) multiplicitas 180 accidentalis societatum, fraternitatum atque religionum parcialium in Dei ecclesia privatarum, que quovismodo distrahit ecclesie unionem vel dat occasionem distrahendi communionem christianam, omnis talis multiplicitas adventicia videtur esse supersticosa et nociva communitati ecclesie, et ergo esse diminuenda 185

aut extirpanda a Dei populo, quantum est possibile, et unitas Cristi Ihesu intus et foris videtur esse summis studiis reformanda, sicut scriptum est „ecce¹⁸ quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum“. Si¹⁾ enim quis cupit intelligere, quantum supradicta multiplicitas officit ecclesie sacrosancte, cogitet apud se, si in aliquo conventu fratrum sit divisio ita, quod quidam fratres seorsum sibi faciant statuta et adinvenciones singulares, et alii similiter constituti e regione in eodem conventu, et tertii similiter, et quilibet istorum super alios suas ce-

159v *rimonias et doctrinas magnificantes / et per hoc alios sibi sociantes, nonne illa religio vel conventus male staret et unitas fratrum per hec tota esset deturpata et destructa? Ita conformiter de presenti unica religione cristiana tot iam et tantis diversis hominum adinvencionibus preter primariam Cristi Ihesu institutionem adimpleta distrahencium ad se populos cristianos.* 200

Secunda conclusio: Maxima et perfectissima unio ecclesie est. Probatur sic: Cristus Ihesus, a quo et spiritu eius tota ecclesie dependet unio, maxime et perfectissime est ecclesie sue unitus, sed non alio nisi perfectissima et maxima unione, igitur maxima et perfectissima unio est ecclesie. Consequencia tenet, et minor nota est, maior vero est conclusio prima. Igitur conclusio vera.

Correlarium primum: *unitas¹⁾ ecclesie nuncquam potuit aut poterit per quemquam cassari; sicut namque non potest scindi Cristus, sic nec unitas ecclesie sue, que intrinsece causatur ab unitate Cristi et spiritu eius. Hinc scriptum est „vobiscum¹⁹ sum usque ad consumacionem seculi“ Matthei ultimo. — Secundo sequitur, quod *omnes²⁾ heretici non diviserunt ecclesiam Cristi, sed ipsi divisi sunt ab ecclesia Cristi, ipsa una et integra remanente. — Tercio sequitur, quod *propter³⁾ modernum scisma admissum per hypocritas non est divisa ecclesia sanctorum, sed multitudine hypocitarum prius divisa a Cristo Ihesu postea inter se et ab ecclesia Cristi est divisa, que multitudo ipsam ecclesiam nitebatur deducere in malum statum, puta ad amorem huius mundi per ipsorum pompam et superbiam excessivam, per avariciam insaciabilem, per sequelam voluptatum irrefrenatam et per recessum a sequela Cristi in ewangelica paupertate. Non⁴⁾ enim ex eo factum est scisma hoc, quod dilexisserint Cristum et suam ecclesiam, sed ideo, quia seipso amaverunt et hunc mundum, sicut hoc appareat ex re gesta et accidentibus singulis, ex quibus hoc scisma effecerunt. Sed⁵⁾ quia hypocitarum huiusmodi dissimilium Christo nimia fuit multitudo in ecclesia Cristi multiplicata, ita quod loca insignia et gradus summos obtinebant nimium, ut locuste condensati, mulier²⁰ quoque stulta et clamorosa plenaque illecebris super sellam se posuerat in excelso urbis loco, suo fornicario longe lateque prostituto et distento, et sanctorum ecclesia est et fuit ad pusillum cum^{x)} Christo in Deo abscondita et dispersa secundum appareniam et coram oculis nostris, non autem coram oculis dulcissimi Ihesu et eius aquillarum²¹ exspectancium tempus, cum datum eis fuerit corpus, con-* 225 230**

gregari, inde est, quod multis et fere omnibus apparebat, quod 235
160r ecclesia Christi / sit divisa et quod scisma factum sit in ecclesia
sanctorum in vulgus, quod sic prodiit et ita creditur et publice
proclamatur. — Quarto sequitur, quod *hoc^y scisma non est in*
dampnum et iacturam ecclesie Christi, que spiritu suo habundat,
sed magis utile fuit volente^z et faciente hoc domino Ihesu 240
Cristo, quatenus sic carnes magne fornicarie nimium iam et diu-
tine luxuriante siccine dividantur et disceptantur divina iusticia
vindictam suam in ea exercente, ecclesia sanctorum semper ma-
nente in solida unitate, et ut^{A)} per hoc velocius regnum Anti-
cristi veritatis pertranseat^{B)} filii iniquitatis, „hominis²² peccati,²⁴⁵
filii perdicionis, qui extollebatur super omne quod dicitur Deus,
aut quod colitur ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tam-
quam ipse sit Deus“, „cuius²³ adventus fuit secundum operacio-
nem Sathane in omni virtute, signis et prodigiis mendacibus et
*in omni seduccione iniquitatis“, ^{C)}brevienturque²⁴ dies periculosi 250
propter electos Dei fiatque^{D)} iterum congregacio²⁵ electorum
a 4 ventis celi, et ita unum²⁶ ovile et unus pastor sollemniter re-
formetur, tolleturque de medio multitudo hypocitarum supra-
dicta, qui sancta sanctorum diutine conculcaverunt, fraudulen-
ter²⁷ in Dei testamentum simulant, abstuleruntque iuge sacri- 255
ficium et dederunt abominationem in desolationem stantem in
loco sancto, utque maxime cristiani carnales incorporati huic
seculo sub nomine cristiano, et primum clerici^{E)} et hypocrite sa-
cerdotes, detegerentur, et meretrix magna dudum cum²⁸ regibus
fornicata nudaretur et manifesta esset ignominia eius et filius 260
iniquitatis proculs eius dudum prius simulatus et omni fulgore
deitatis coopertus (et ipse Anticristus mysticus) revelaretur²⁹
occidereturque spiritu oris Ihesu Christi. — Quinto sequitur, quod
stante quacunque scissione et divisione sacerdotum, prudens^{F)}
et fidelis Christo Ihesu populus cristianus, Spiritu sancto potenter 265
unitus si esset, nullomodo ad invicem ad scissionem suorum
graduatorum sacerdotum scinderetur, neque ita hostiliter contra
se invicem insurgerent cristiani pro eo, quod sacerdotes eorum
ad invicem contendunt et disceptant, sed magis tenaciusque uni-
co suo proprio capiti Christo Ihesu immediato unirentur, non 270
magna sollicitudine agittati et timore de instrumentalibus capi-
tibus atque iam carneis in ipsorum contencione vel scissione,
dummodo ipsorum caput aureum, fidele et unicum semper in-
concussum bene stet, Filius Dei unigenitus, Ihesus Christus. —
Sexto sequitur, quod duabus contendentibus pro papatu aut 275
qualicunque ecclesiastica dignitate utilius et salubrius est Dei
*populo neutri operam dare quam uni adherere et alterum quo-**

160v vismodo expurgare unitatem ecclesie conscindendo. / — Septimo
sequitur, quod acceptare cruciatam vel quascumque concessiones
fictas indulgenciarum a pena et a culpa ab uno contendencium 280
pro papatu pro alterius et sibi adherencium occisione et destruc-
tione est veritati, vite et doctrine Christi contrarium, unionis
mutue destructivum et per consequens a Christi fidelibus non

acceptandum. — Octavo sequitur, quod duobus contendentibus pro papatu et sua contencione ecclesiam Dei pro posse scindentibus utile, sanctum et salubre esset populo Dei in unum in caritate congregato utrius causam dissensionis precidere, bona ea, pro quibus est contencio, auferendo et ipsos ad sequelam Christi in ewangelica paupertate et suorum apostolorum reducendo. — Nono sequitur: Rogare pro unione ecclesie ad istum sensum, ut scilicet sit unum supremum caput spirituale, pollens bonis temporalibus, auctoritate et potestate sine impedimento extrinseco ipsum inquietante, est sanctis Dei, quibus datum est nosse misteria Dei, ceteris autem in parabolis ridiculum, rogare autem pro unione ecclesie ad istum sensum, ut fideles in ecclesia habeant idem velle, idem sapere in Christo et ut multitudinis credencium sit cor unum et anima una in unicaque veritate supra dicta sint consentanei et conformes, sic rogare pro unione ecclesie est quid utilissimum, optimum, Deo placens et opus perfectum. — Et tantum dixerim de articulo primo.

Quantum ad 2^m articulum, quem pono pro quesito, noto primo, quod ponitur in titulo questionis „utrum pro reformanda unione ecclesie“, quod „reformare unionem ecclesie“ est universitatem electorum viancium potentia, veritate vite et doctrine Christi regulatam ad veritatem actualem reducere. Tunc autem ymaginatur debere fieri ista reformacio, cum ypocrite carnales, huius mundi amatores, rectores populorum in supremis sedibus ecclesie in nomine suo locati *saltem^{G)} pro maiori parte de medio ecclesie per spiritum Ihesu evelletur et auferentur proicienturque³¹ supra universam faciem terre sicuti stercus et super omnes montes Israel ex eo, quod impudice seipso^{H)} ingesserant ad cathedras et prima loca ecclesie, ducti spiritu huius mundi, id est avaricia et ambitione carnis, et ad sedes et ad loca ipsorum sancti et humiles locabuntur non sibimet honorem vendicantes, sed ob humilitatem et virtutem vocati in id ipsum, non³² que sua sunt, sed que^{I)} Christi sunt, querentes, omnia^{J)} huius mundi sibi detrimentum et tamquam stercora arbitrantes.*

161r / Secundo noto, quod tunc unio ecclesie dicitur reformata, cum quodlibet membrum ecclesie manet in suo statu honesto compositum, exercens sibi debitum officium ordinate, unum alterum in suo negocio non supergrediens, sed mensura sua potestatis et auctoritatis sibi tribute et honoris est contentum, unicuique,^{K)} quod suum est, reddens secundum Apostolum „cui³⁴ debitum, debitum, cui honorem, honorem, cui vectigal, vectigal“, legitime in suo gradu suum debitum officium iuxta debitum sue vaccinationis exsequendo, inquirens non que sua, sed que Christi sunt, cui se destinavit ad militandum. Oppositum autem istorum deformat unionem ecclesie sanctosancte et officit eidem.

Ex quo sequitur correlarie, quod illi^{L)} non modice conturbant ecclesie sancte unionem, qui distincta officia et operaciones legitime in ecclesia confundunt et variant, aliena curiose pro se vendicantes et que sunt propria non curantes vel eominus ad-

285

290

295

300

305

310

315

320

325

330

vertentes, verbi gracia cum pape, episcopi, sacerdotes et clerici, derelinquentes verbum Dei et curam pastoralem ipsis iniunctam, implicant seipso varie secularibus negotiis et secuntur curias 335 divitum huius mundi et magnatorum, aut, obmittentes curam sibi iniunctam animarum, gerunt strenue curam clientum, pecudum et pororum et congregandarum diviciarum, vel, postponentes sanctam devocationem et humilitatem, dant se ad iudicia et lites multas exercendas, nequaquam ipsi clero ewangelico ex primaria 340 Cristi Ihesu ordinacione competentes. Secundo illi non modice scindunt et deformant sancte ecclesie unitatem, qui renuunt suos gradus primarios et primordenos, renuuntque ipsos alciora petendo, eoquod sunt homines seipso amantes; verbi gracia cum clericis^{M)} superiores in ecclesia gloriosis titulis titullati sue humilitatis et prime vocationis existentes inmemores, inceperunt tolli in altum et apparere gloriosi in clero dominantes suamque auctoritatem et potestatem inceperunt dilatare,³⁵ magnificare et tremendam facere et potestatem et auctoritatem suorum consacerdotum, licet inferiorum, contrahere et curtare, sueque domina- 350 cioni et potestati ascribere intantum, quod eciam id, quod ex primaria donacione spiritus Ihesu est et fuit commune omnibus sacerdotibus, sibi ipsis addiderunt et appropriaverunt, ut per hoc magis redderentur in populis venerandi, insignes et in gloria singulares, propria sua gloria non contenti, et ut populorum 355 frequencia continue eosdem visitaret, ipsos inquireret et coram eis tremeret et miraretur ipsorum magestatem.

Ex quo sequitur correlarie, quod reservacio collacionum,^{N)} beneficiorum per ecclesiam, officiorum, personatum, prebendarum et dignitatum, exemptionum multarum personarum, universitatum, conventuum et alias multorum populorum sedi 360

161v apostolice in defectum et diminucionem / potestatis et iuris prelatorum inferiorum ordinariorum multum confert ad scissionem et divisionem ecclesie sacrosancte. Secundo sequitur, quod reservaciones casuum, ut vulgo dicitur absolucionum, vel collacionum, auctoritatis et potestatis, cure animarum et predicationum, et sic de similibus, que dominus apostolicus et sui episcopi in preiudicium suorum sacerdotum curatorum sibi ipsis adpropriaverunt, et que ratione ordinis et primitive potestatis possunt licite ab inferioribus et communibus sacerdotibus pro salute ipsorum exerceri, pro 365 quibus tamen iam oportet adire sedes prelatorum et tremebunde coram ipsis pro talibus supplicare et difficulter impetrare non sine magnis impensis saltem scriptoribus pro litteris super impetrato confectis, hoc ipsum est mutue unitatis et caritatis in ecclesia Ihesu destructivum. Ex hiis enim videtur hodie evenire, 370 quod episcopus^{O)} Romanus nimis dominatur in clero episcoporum, episcopi nimis sunt elati in clero curatorum curatique super plebes laicorum, sique exinde episcopus Romanus fecit episcopos suos tributarios annuales, episcopi curatos sacerdotes, curati vero laicos sibi subiectos usque ad sacramentorum et sepulture 380 vendicionem, sique ex adverso videtur magna scissio excrevisse,

sic quod laici, videntes se fore gravatos et non fraterne tractari
a suis sacerdotibus curatis, murmurant contra eos in multis et
renuunt ipsis prompte obedire. Similiter curati faciunt suis epis-
copis, gravati ab eisdem, et similiter episcopi faciunt apostolico, 385
os suum adimplentes murmure et increpacione.

Tercio illi non modice scindunt et deformant ecclesie sanctam
unitatem, qui^P) non continent seipsos in propriis suis locis, sed
conmutant suas primordenas locaciones et suos gradus, voca-
cionem suam primariam transcendentes: verbi gratia cum mo-
nachi et religiosi secundum principia ipsorum existentes in so-
litudinibus fundati, in vacacione et quiete et solum^R) oracioni
et contemplacioni penitencieque fletibus mancipati secundum
ordinem universitatis sancte, ipsi non vocati irrumunt and civi-
tates et intromittunt se de pleibus importune et infeste, propriis 390
ordinariis sacerdotibus contemptis, suspecti de vana gloria et de
questu avaricie magis quam de instinctu caritatis, que diligit
ordinem ecclesie primitive; et^O) qui secundum ordinem yerarchi-
ticum erant locati cum plebeis, subiecti patribus ordinariis, id
est sacerdotibus curatis seu plebanis, facti sunt iam super eosdem 400
in medio civitatum in omni gloria et honore ac splendore, in
libertate et diviciis amplius abundantes, per hoc obedienciam
plebeiorum exterminantes et suam privatam iurisdictionem et
auctoritatem in eos exercentes contra omnem ordinacionem
ecclesie sancte Dei, sue^S) prime vocacionis in universitate eccle- 405
sie obliiti, que erat in summa paupertate, humilitate, obediencia
et subieccione.

162r / Ex quo sequitur correlarie, quod pro bono statu ecclesie et
unione sacerdotum curatorum necesse est ac utile, ut religiosi
permittant^T) cito pacianturque se putari et ordinari ad similitu- 410
dinem iocunde unitatis ecclesie Cristi et agant penitenciam de
eo, quod ad suam privatam utilitatem respicientes difformitatem
multam et divisionem nocivam ad contubernium Cristi familie
induxerunt, dilectionem communem cristianorum extenuantes, et
ne velint amplius gloriari in suis patribus, dicentes „nos sumus 415
ex patre Benedicto, nos Bernhardi sumus“, ne illico ipsis a quolibet responderetur „si filii Benedicti aut Bernhardi estis, opera
Benedicti aut Bernhardi facite, qui elegerunt esse mites et pau-
peres heremite, in tuguriis pauperum et in solitudinibus demo-
rantes et suis manibus laboriose suum victum conquirentes, 420
magis in silvis quam in foris et pocius in desertis quam in urbi-
bus demorantes, summopere precaventes, ne in ullo essenciali
unitati Cristi derogarent“. — Secundo sequitur, quod illi omnes
universaliter conturbant^U) communem universitatem cristianam
preclaram, qui seipsos amantes segregant seipsos a communi or-
dinacione ecclesie non quidem a fide, non a professione eius, non
a sacramentis, non a religione cristiana, sed ad suas separatas 425
universitates et suas seorsum fraternitatis adinvenciones, ritus,
statuta, regulas et doctrinas fingentes sibi titulos et nomina
dignitatum secundum gradus, qui sunt ex ambicione, non autem 430

a Christo Ihesu et eius commissione neque ex inducione spiritu eius et participio, sed proprio errore et ambicione impellente, quorum multitudo componit illam bestiam,³⁶ de qua in Apocalipsi, plenam nominibus blasphemie, habentem capita VII et cornua X. Isti, inquam, omnes sunt, qui conturbant^{v)} heu, non 435 modice ecclesie sancte unitatem, non quidem manifeste, ut heretici alii, neque modo tirranico, quemadmodum solo nomine christiani, sed modo subtilissimo, apparentissimo et coloratissimo, ita quod defacili a nullo possint videri vel reprehendi, modo, inquam, quem Sathan secundum altitudinem omnis sue astucie 440 potuit a multis centenis annorum excogitare et fabricare et in ecclesiam sanctorum inducere per homines, eciam in divinis et per divina aut annexa divinis, qui³⁷ sua sunt querentes.

Ex^{x)} quibus et patet, que et per quos communis fraternitas cristianorum est infirmata et vilificata et universalis ordo pri- 445 mitivus est deordinatus et contemptus, et factus est quasi inutilis

162v et insufficiens, / et universalis regula evangelica atque precepta Dei et universalia facta sunt proinde posteriora et inveterata et quasi minus necessaria apud vulgus christianum, et sacerdotium sanctum universale et principale atque primordenum et omnino 450 necessarium universitati ecclesie factum est contemptum et quasi inutile et non necessarium reputatum apud populos plebeios, qui maxime respiciunt splendorem et multum appareciis extrinsecis solum secundum³⁸ faciem hominum iudicantes, qui postquam novi³⁹ recentesque dii atque ficticii adveniunt, quos non 455 coluerunt patres eorum, mox deos suos primarios derelinquunt et secuntur deos alienos, allecti et illecti eorum splendore et decoro, obedientes suasionibus clamorose⁴⁰ et ficticie mulieris, que clamat et dicit „aque⁴¹ furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior“.

Tercio sequitur, quod omnes vocati magistri,^{y)} domini et patres adventicii, novi recentesque, undecumque venientes a latere in medium et in publicum ecclesie, designantes communis forma et appropriata subici et obedire curatis patribus ordinariis secundum domini Ihesu et eius apostolorum primariam ordinacionem 465 et sanctionem, isti sunt, qui in nomine suo venientes universitatem ecclesie conturbant, scindunt, debilitant et confundunt ac contempnunt dominacionem ac paternitatem primam et magistratum templi primarium ac sanctum, verum et rectum, suis splendoribus et commendacione sui ad plebes auctoritate et po- 470 testate, non quidem primaria et ordinaria, sed comparata et empticia admisaque in medium ecclesie per^{z)} sompnolenciam et negligenciam pastorum super muros et portas ecclesie sancte locatorum. — Quarto sequitur, quod necesse et utile est pro ecclesie Christi reformanda unione talem multitudinem variam imperitatem extraordinariam pseudomagistrorum et dominorum supradictam diminui aut excidi aut poni ipsam in ordinem debitum atque yerarchiticum primitivumque ecclesie sacrosancte ad subiectionem veris, propriis et inmediatis ordinariis, utpote

curatis sacerdotibus et episcopis secundum modum et ordinacio- 480
nem ecclesie primitive.

Tercio noto, quod ponitur in titulo questionis „ecesse est cle-
rum Cristi“ etc. Ubi „necesse“ volo capere mixtim: aliquando,
prout tantum valet, sicut utile est et expediens valde, vel pro
necessitate simpliciter. Deinde ponitur „necesse est clerum Cris- 485

163r ti“, ubi „clerus Cristi“ sicut / et ecclesia Christi tripliciter accipi
potest: unomodo clericus Christi est clericus actualiter vivens con-
formiter vite et doctrine Christi, secundomodo potencia tantum,
et tertiomodo largissime pro qualicunque clero, sive bono, sive 490
malo, dummodo caractere sacerdotali sit insignitus et cultum
cristianum sub uno vero Deo profitetur. Deinde ponitur in titulo
questionis „abrenunciare omnibus, que possidet in affectu et
effectu“, ubi noto; quod triplex est abrenunciatio rerum tempo-
ralium: prima in affectu tantum, et est, cum quis habens usum
diviciarum et dominium civile eorundem, magis diligit prox- 495
imum et virtutes, paratus semper ipsas karitative pro necessitate
exponere proximorum; et secundum illum modum Zacheus,⁴²
centurio,⁴³ et sic de aliis, bonis temporalibus abrenunciaverunt;
et ad idem quivis dominii temporales et communitas vulgi semper
et ubique obligatur iuxta illud Domini preceptum „nisi⁴⁴ quis 500
renunciaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse dis-
cipulus“ Luce 14. Secunda abrenunciatio temporalium magis
perfecta est, cum quis renunciando dominari civiliter modicis
tamen paucisque et pro necessitate et bono communi tempore et
loco videtur seipsum occupare, non tamen sibi ipsi appropriando; 505
secundum illum modum VII dyacones,⁴⁵ qui erant electi ab apo-
tolis ad ministrandum mensis, non aliquid habentes in proprio,
sed congregacioni fidelium servicia exhibentes, moderate se circa
temporalia occuparunt, ut habetur Actuum VI^o; sic et Paulus⁴⁶
sanctis collectas fecit et propriis manibus operando Christi fide- 510
libus necessaria ministrait. Tertia abrenunciatio temporalium
et perfectissima est, cum quis renunciat omnibus temporalibus
civiliter dominari tam in affectu quam in effectu, solum vite
contemplativa est deditus et suam totalem sollicitudinem in
Deum proiecit iuxta sentenciam Christi „nolite⁴⁷ solicieti esse in 515
crastinum“, cum tamen secularis homo potest licite in crastinum
et amplius modeste solicitari; et ad idem est illud preceptum
Christi „vende⁴⁸ omnia, que habes, et da pauperibus, et sequere
me“, et sic de aliis multis in Scriptura. — Et quia oppositorum
eadem est disciplina, sicud abrenunciatio ponitur triplex, sic et 520
posesio rerum temporalium conformiter triplex dicitur, de qua
precipue querit questio.

Ultimo ponitur in titulo questionis „et sequi Cristum in ewan-
gelica paupertate“ ubi noto, quod sequi Cristum in ewangelica
paupertate et abrenunciare omnibus in effectu et effectu idem 525
est. Pro maiori tamen declaracione noto parumper de ewangelica

163v paupertate, / quod ewangelica paupertas est paupertas a Christo
et eius apostolis tempore sue viacionis exposita ad regimen eccl-

sie militantis. Unde est votum viatoris expressum, quo propter Cristum renunciando omnibus temporalibus dominio in affectu 530 et effectu privari vult et carere ipsis tam in proprio quam in communi omniq[ue] legali dominio aquisito seu potestate vendicandi et ab alio prohibendi coram iudice coactivo.

Ex quo sequitur correlarie, quod istam paupertatem Cristus in summo tenuit. Patet, quia in unoquocumque genere est unum 535 primum, quod est metrum et mensura aliorum; Cristus autem in Nova Lege fuit primus viatorum merencium, igitur etiam fuit in perfeccione prius, ergo hunc statum quoad temporalia obseravit, et hoc ad perfeccionem meriti asseruit pertinere iuxta illud, quod supradictum est „vende⁴⁸ omnia, que habes, et da pauperibus“. — Secundo sequitur, quod nemo summam paupertatem ewangelicam observare potest ante perfectum racionis usum ex eo, quia ipsa debet esse votum viatorum racionabile, quo propter Cristum elegit deliberare, carere etc, ut supra. — Tercio sequitur, quod non licet ewangelico viro habere aliquid 545 titulu alicuius iuris mundani et humani, puta vigore aliquarum litterarum vel privilegiorum, que sapiunt dominium seculare occasione peccati introductum, sed modus habendi necessaria ewangelico viro est habere pure titulu elemosine et caritatis. — Quarto sequitur, quod ewangelica necessariorum posessio supra- 550 dicta nullum citat pro comodo temporali, nullum excommunicat, cum nullo in iudicio litigat, nullum cogit ad dandum, a nullo aliquid exigit, sed solum fidelis ewangelisacio et sacramentorum ministracio et laboriosus zelus ac sic fideliter laborantis indigen- cia movet fideles plebesianos ad dandum necessaria ewangelico 555 viro sic debite se habenti. Aliquando tamen ewangelicus vir in necessitate et indigencia positus potest postulare voce vel scripto necessaria ab aliquo, de quo speciale habet confidenciam, sicut dominus Ihesus sepe visitavit Martham⁴⁹ pro necessariis sumendis. — Quinto sequitur, quod ereccio capellanorum, altaristarum, 560 episcoporum, canonicorum, custodum, archidiaconum, religionum, universitatum et sic de singulis ordinibus et officiis in

- 164r** ecclesia / Dei multiplicatorum, super tamen speciali questu temporali fundatorum et ipsorum officio annexorum ac specialibus litteris et privilegiis iure et adinvencione humana confirmatorum, talis ereccio contraria est ewangelice paupertati in clero Cristi, et per consequens a clero Cristi secundum posse extirpanda et diminuenda. — Sexto sequitur, quod constitucio Decre- talium de decimis in numero, pondere et mensura et ipsarum per censuram ecclesiasticam exaccio est ewangelice paupertati, 570 secundum quam tenetur Cristi cleris vivere, contraria, et per consequens in toto destruenda, quoniam neque Cristus neque sui apostoli sic de decimis vivere voluerunt suisque posteris sic vi- vere statuerunt, neque sic decimare Cristus docuit et fidelibus mandavit. Sed nomine „decime“ in Veteri Lege usus est, in Nova 575 Lege gracie hoc nomine „elemosina“, ortans Cristi fideles ad lar- gissime pauperibus elemosinandum. Sic autem elemosinare do-

cens neque numerum neque pondus neque mensuram statuere voluit, sed neque sic elemosinandum aliquem compellere voluit, sed cuiuslibet libero arbitrio reliquit. Que omnia nunc in ecclesia 580 Cristi sunt prostituta et nova⁵⁰ inventicia recenciaque in eccllesia Cristi sunt fabricata, que non instituerunt nec docuerunt patres eorum, scilicet Christus Ihesus et sui apostoli, patres ecclesie sacrosancte. — Septimo sequitur, quod doctores sancti, loquentes de decimis, non aliter sunt intelligendi, nisi quod populus christianus tenetur eciam sacerdotibus, fideliter laborantibus cum plebe in verbo et doctrina, elemosinare, sicut hoc deducit Apostolus 1^a Corinthiorum 9 per totum, et sic nomine decime intelligunt elemosinam. Nullibi tamen legi aut legere audivi aliquem ex doctoribus ecclesie loqui de decima in numero, pondere et mensura, et de exaccione ipsius licita ecclesiasticam per censuram. Quicquid igitur isti doctores locuntur de decimis conformiter legi Christi et apostolorum, id est ab eis grata acceptandum, quodsi in aliquibus contrarii sunt, sunt respuendi, quoniam solus Christus Ihesus est via,⁵¹ veritas et vita, et suum ewangelium sacrosanctum. 595 Quodsi consuetudo ecclesie antiquata in oppositum allegetur, allegetur in oppositum tali vesano primo consuetudo ecclesie primitive

164v plus antiquata et in stabili fundamento fundata, allegetur sibi 2°, quod satis est nova illa consuetudo, quia solum ab annis centum quadraginta quatuor est institutum decimas ecclesiis parochialibus solvi, ut patet in Cronicis⁵² libro VII^o capitulo XXIIII^o, ubi dicitur, quod Gregorius Decimus in tertio papatus sui anno in concilio Lugdunensi anno Domini M^oCC^oLXXII^o constituit decimas ecclesiis parochialibus solvi, que per annua solvebantur ad voluntatem solvencium. Allegetur sibi 3° illud dictum beati Gregorii dist. 8^a, „Si⁵³ consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dicit Ego sum veritas, et non dixit Ego sum consuetudo“, et similiter illud dictum beati Ambrosii 2^o De viduis sic dicentis: „Nova⁵⁴ omnia, que Christus non docuit, iure dampnamus, quia fidelibus via Christus.“ — Et patet, quod art. 600 culus ex XLV, scilicet „Decime⁵⁵ sunt pure elemosine“, quem Magister Iohannes Hus sancte recordacionis racionibus et auctoritatibus sanctorum Augustini, Crisostomi, Ieronimi, Ambrosii, Bernhardi et aliorum stabilivit, est tenendus Christi fidelibus nec ab eo discedendum est nisi docto, quod oppositum eius validioribus racionibus et Scriptura sacra fulciatur.

Augustinus, 5, 11 dist., capitulo Ecclesiarum, dicit: „Consuetudinem⁵⁶ laudamus, que nichil contra katholicam fidem usurpare dinoscitur.“ Hec ille. Item Ciprianus, et habetur dist. 8. in fine: „Si⁵⁷ solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum esse putaverit. Sed quid, qui ante omnes est, prior Christus fecerit. Neque hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem.“ Item Gregorius Anthiocheno episcopo, et 1^a q. 1 Cum⁵⁸ Paulus dicat Fundamentum aliud nemo potest ponere etc., consequenter probatur, quod ubi Christus 625 non est fundamentum, nullius boni operis est superedificium“.

Ysidorus 11 q. 3 „Is⁵⁹ qui preest, si preter voluntatem Dei vel preter quod in sacris Scripturis evidenter precipit vel dicit aliud aut imperat, tamquam falsus testis Dei aut sacrilegus habeatur“. Bernhardus: „Si⁶⁰ est acerbus dolor, leniatur unguento devocionis. Consuetudo mala antiquitus originata est cum discrecione resecanda.“ Unde Levitici 18: „Custodite⁶¹ mandata mea“ etc. preter quod in sacris Scripturis evidenter precipit vel dicit aliud aut imperat, tamquam falsus testis Dei aut sacrilegus habeatur“. „Ne⁶² fiant sicut patres eorum, generacio prava“ etc.

630

635

Istis notatis sit prima conclusio quoad quesitum ista: Necesse est simpliciter absolute unitatem ecclesie reformari. Probatur sic: Cristus Ihesus, qui mentiri non potuit, dixit, quod ecclesia reformabitur, igitur necesse est eam reformari. Consequencia tenet et antecedens patet ex multis scripturis ewangelii et prophetarum, que exprimunt adhuc in fine seculorum ecclesiam Christi Ihesu reformari et Sodomam⁶³) redire in antiquam dignitatem Heliangelique⁶⁴ venturum et omnia restaurare et adhuc multiplicandos filios ecclesie⁶⁵ „in senecta uberi et bene pacientes esse ut anuncient, angelosque⁶⁶ mitti a Filio hominis, ut de regno eius colligant omnia scandala; inde est illud eciam ewangelii, quod⁶⁷ porte⁶⁸ inferorum non prevalebunt adversus ecclesiam Ihesu Christi, inde est eciam illud, quod dicit Gregorius, quod navicula⁶⁹ Petri, id est ecclesia, turbari potest, concuti potest, sed submergi non potest, hoc eciam, quod prophetavit Daniel de profectu et crudelitate Anticristi contra sanctos Dei capitulo XI, dicens „et⁷⁰ auferetur iuge sacrificium“ et „in pii in testamentum simulabunt fraudulenter“, et infra prophetavit de ecclesie finali reformacione, dicens „populus⁷¹ autem sciens Deum obtinebit et faciet“

640

645

650

165r et post dicit, quod „postquam⁷² corruerint, elevabuntur / auxilio parvulo“, id est quod restaurabitur ecclesia Christi ad multa, que corruerant.

655

Sequitur correlarie ex isto, quod ante diem iudicij finalis ecclesia Christi super ecclesiam malignancium secundum maiorem partem obtinebit regimen et principatum. — Secundo sequitur, quod semper appropinquante die finalis iudicij Anticristus fraudulenter⁷³ in testamentum Dei simulans magis ac magis denudabit per spiritum Ihesu Christi et cognoscetur magis ac magis ignominia eius prudencia electorum serpentina.

660

Conclusio 2^a: Accipiendo clerum Christi secundo modo et primo, tunc necesse est clerum Christi finaliter abrenuncciare omnibus, que possidet in affectu et effectu et sequi Cristum in ewangelica paupertate. Probatur sic: quia omnis clerus Christi sic captus tenetur esse pure de sorte Domini in statu perfectionis ac vite Christi conformari, ut patet ex diffinitione cleri Christi. Hoc autem non videtur vere esse sine vera abrenuncciacione in affectu et effectu omnium que possidet et in observancia ewangelice paupertatis, igitur conclusio vera.

665

670

Ex quo sequitur correlarie primo, quia omnes dominantes in clero civiliter seu seculariter, existentes de salvandis, necesse est

675

ad minimum ante mortem renuncciare omnibus que possident, alias non sunt de salvandis. — Secundo: omnes sic superhabundanter contra regulam Cristi clerum dotantes et ditantes indiscrete egerunt et peccaverunt, et quia cum illa macula sine dubio futuram vitam inmaculatam non intrabunt, sequitur necessario, 680 si salvari debent, eos oportere purgari.

Conclusio 3^a: Ad reformandam unionem in ecclesia Christi necesse est et valde expediens clerum Christi abrenuncciare omnibus, que possidet in affectu et effectu et sequi Christum in ewangelica paupertate. Probatur sic: ad reformandam unionem ecclesie 685 Christi necesse est clerum Christi actualiter vivere vita Christi et manere in suo honesto statu primario, conpositum exercens sibi debitum officium ordinatum, quia hoc est unitatem ecclesie reformatre, ut dicit notabile primum huius articuli et secundum. Hoc autem facere est abrenuncciare omnibus, que possidet in affectu 690 et effectu et sequi Christum in ewangelica paupertate, igitur conclusio vera.

165v / Correlarium primum: Sicut necesse est ecclesiam Christi reformari paulatim et successive secundum maiorem sui partem, ut dicit conclusio prima, sic necesse est clerum Christi reduci paulatim et successive ad limites, modos et consuetudines ecclesie Christi primitive, et maxime ad sequelam Christi in ewangelica paupertate. Correlarium secundum: Necesse est a clero delinquentे et a sequela Christi Ihesu et apostolorum in ewangelica 700 paupertate declinante possessiones temporales per quecumque Deus decreverit auferri, de victu et amictu ipsorum simplici providendo, si non penitencia ducti per seipsos recusaverint ipsis abnegare spiritu Ihesu instigante.

Et patet, quod articulus ille ex XLV, scilicet „Domini”⁷⁴ temporales ad arbitrium suum possunt auferre bona temporalia ab 705 ecclesiasticis habitualiter delinquentibus“ tamen est sustinendus, quem Magister Iohannes Hus sancte memorie racionibus validis et multis sanctorum auctoritatibus firmavit, nec est ab eo recessendum, nisi raciones validiores et auctoritates sanctorum in oppositum ostendantur. Et has raciones Magistri Iohannis Hus 710 et sanctorum auctoritates volo habere pro defensa huius materie in posterum, si opus fuerit. In confirmacionem huius sententie est prophecia beati Iohannis Apokalipsis XVII° capitulo per totum, quam volo hic habere pro inserta, ubi loquitur de dampnacione meretricis magne.

Correlarium ultimum: questio, ut proponitur, est vera.

APPARATUS CRITICUS

1 M (*titulus:*) Anno domini 1416 in quodlibeto Magistri Simonis Tysnav etc. — F (*titulus:*) M. Petri de Benessow — 2 clerum: cl Cristi V — 4 Responsurus: Respondendo V: Responsum Mx — ad hanc:ad istam V — brevem: unam br. V — 5 questionem... articulos: quedam notabilia cum corralariis et tercio conclusiones, ex quibus patebit responsio ad questionem — 6 domino Iesu crucifixo:domino om. V: D. I. Christo G — dictis meis: m. d. M — dicendisque: dicendis :V — 7 in posterum om. V — 8 Domino prestante: Deo pr. M, G — 9 rigarunt :rigaverunt G, V — 10 Cristi officiunt Ihesum:Cristi Ihesu officiunt G; V: Cr. lh. efficiunt M — 11 hiis... absit:quod absit, his dictis meis V — 12 viro... et habere:ewangelico viro ex lege doctus fero de opposito emendare, retractare, revocare et habere V — 15 protestacione... hanc:stante protestacione volo dividere V — 16 animadverte:animadverte G — animadverte, quod om. V — primus:pr. articulus M — 18 ecclesie unitatem:eccl. unionem sive unitatem M — 19 eiusdem:eiusdem. Hec est summa tocius questionis G: Hec est summa tocius positionis M — 22 sufficit ad propositionem:sufficient ad propositum V — 24 Verbi:Verbum V — prout possibile est:pr. possibile M — 25 Anastasii:Athanasii vel Anastagii M — 27 Verbi:Verbum F, V — 28 prout est possibile:pr. possibile est V — 30 iniustiam:iusticiam G, M — 33 Cristi om. M — 37 dummodo:diversimode M — caractere:c., id est signo M — sunt insigniti:sint ins. G — 40 utar mixtim:volo mixtim uti V — 47 michi bene:b. m. M — complacui:complacuit V — 52 doctores peccatores F — 53 ipsis:eis G — 55 correlarie:correlarium M — consilia om. G — 56 cogitationes:cogitationis V — 61 acceptemus:acceptem V, M — scriptum est:est om. M — 63 pseudo exierunt:ex. pseudo M — 67 et ceremoniis:et om. M — rebus ecclesie:eccl. om. M — 69 et religionibus:de r. G — 70 supradicte:suprascripte M — 74 et supreme:et om. V — 75 ista regula:ipsa r. V — suprena:s. ipsa V — 78 ut appetat: ut om. M — hiis:ut hiis M — 80 sanixerunt:s. et instituerunt M — 82 comprehendiosior:compensiosa M — at salvandum:ad salutem vel ad salvandum — 85 hic patuit:hoc p. V — 89 in ipsis:in om. M — 91 quasi ipsum:ipsum del. M — 92 oportet:oporteret G, V, M — 94 ecclesia in apostolis:in ap. eccl. M — 95 Per hoc:Pro h. M — 101 Tercio noto:Tercium noto G, V:Tercium nota M — 103 grece vero:grece et vero V — katholica:kath. universalis, simul M — 110 precepta Dei:pr. hec V — 111 gens magna:gens sancta m. M — gens om. G — 112 appropinquantes sibi:sibi om. G — 113 apostolus:ap. dicit V — 115 angulari om. M — Christo Ihesu:qui est Christus Ihesus V — 116 inquit, estis:estis, inquit V — 121 cristiane religionis:rel. crist. G, M, V — 122 operiens:apperiens M — 126 in eis:cum eis F, G: eis om. Mx — 131 animam unam:an. vita M — 134 et usque:et om. G — 136 Oautem credencium:cr. autem V — 139 stantibus:*in F supra linea* notatis — conclusio:prima c. G, M:prima c. quoad istum articulum V — 143 ecclesie unio dependet:unio eccl. Christi d. V — 147 venerunt:veniunt M, V — 148 aliunde:al., sequitur M — sunt fures:f. s. M — 149 primum:pr., quod sequitur ad istam conclusionem, est istud, quod V — 151 maior omnium:major om. M — 154 dilectionis:elecciónis GMV, *in M supra linea* dilectionis:el. vel dilectionis F — 155 Secundum:Secundum correlarium M:Secundo sequitur, quod V — 157 populos diversos:d. p. M — 160 consumati:confirmati G — 161 Tercium, quod sequitur:T. correlarium, q. s. M: Tercio sequitur V — ex isto:ex isto, quod V — cuicunque:cuique G, M, V — 163 pacto votoque aut: :pacto votoque vel M :pactoque voto aut V — 167 extrinsece:intrinsece G — 168 Quartum:Quarto sequitur, quod V: om. M — 169 religiones:religiosos M — 172 fratri:f. suo G, M, V — Christo Ihesu:Ih. Christo M — 174 qui estis Cloes om. M — 175 vos. Hoc:vos. Obsecro autem vos, fratres, per nomen domini nostri Ihesu Christi, ut ipsum dicatis omnes et non sit in vobis scisma. Sitis autem perfecti in eodem sensu secundum eandem scienciam. Hoc M — dico om. M — 176 sum Cephe:sum om. V — 177 Divisus: Nuncquid divisus M — 178 pro vobis om. G — 180 5^m.5^c sequitur, quod V:om. M — 182 quovismodo:vel q. M — 185 et ergo:et om. V — 186 unitas Christi Ihesu:Cr. lh. om. G, V — 189 habitare fratres in unum:et alias Unam pecii etc. M — quis cupit:quod c. M — 190 supradicta:officit supradicta V — officit:efficit nos M: om. V — 191 ita, quod:itaque M — 192 sibi faciant:f. s. V — 195 et per hoc:et per hec V — 198 iam et tantis:et t. iam V — 201 Secunda conclusio:C. s. M: S. c. est ista V — 205 ecclesie om. G, M, V — 207 Correlarium primum:C. p., quod sequitur ex ista conclusione, quod: om. M — 208 cassari:causari M — 210 Vobiscum sum:sum om. M — 211 Secundo sequitur:Secundum correlarium, secundo sequitur M — 213 ipsa una:quoniam una ipsa G — 214 Tercio sequitur:Tercium correlarium, tercio sequitur M — 219 per ipsorum:per ipsos M — 221

per recessum:processum M — 222 Cristum:Cristum eius V — 226 multiplicata:militante M — 230 fornicario:fornicatorio M — 233 dulcissimi Ihesu:domini Ihesu dulcissimi M — 234 fuerit corpus:fuerit eis, ubi fuerit corpus M, V — 238 Quarto sequitur:Correlarium 4^m, sequitur quarto M — 240 domino Ihesu:domino nostro Ihesu M — 242 discerpantur:discrepantur G — 243 in ea:in eam M, V — 247 colitur: colitur Deus V — 252 reformetur:formetur G — 255 abstuleruntq:abstulerunt M — 261 omni fulgere:omni om. G — 262 Anticristus:est Ant. V — 263 Iesu Cristi:eius G — Quinto sequitur:Correlarium quintum, sequitur quinto M — 265 Christo Ihesu:Ihesu Christo M — populus om. G — 267 graduatorum:graduum V, in F corr. — neque... invicem:nec ita contra se invicem M — 268 insurgerent:insurgeret G — christiani om. G, V — 269 disceptant:disceptant G — unico suo:suo unico V:suo vicio M — 270 inmediato:innedito M — 273 unicum:unicum M — inconcussum:et inc. V 274 Ihesus Christus:Cr. Ih. Mx — 275 contententibus:concedentibus M corr. — 278 concindendo:concidendi G — 280 contendencium:concedencium M — 282 est veritati:et est ver. M — Christi om. V — 283 destructivum:destruccionum F — 285 pro papatu:de pap. G — 287 dissensionis:dissencionis M, V — 290 Nono:Nono et ultimo V — sequitur:sequitur, quod V — 291 ut scilicet:scilicet ut G — supremum caput:caput supremum M — 294 rogare autem:r. ergo G, M — 295 pro unione:pro unitate G — 297 et anima:et om. M — 300 Et tantum... primo om. G, V — 301 nota:nota G — 304 regulatam:regulativam V — 305 actualem: eiusdem act. V — ymaginatur:ymaginatur M — 308 de medio ecclesie:ecclesie de medio M — 310 supra:super G — 311 montes:minores M — 312 ad loca: ad om. V — 318 nota:nota G — dicitur:Dei G — ecclesie om. M — 319 honesto:honeste G — 321 supergrediens:supergradiens M — potestatis:preteriens potestatis G — 323 quod suum est, reddens:r. quod s. est G, M — 326 inquirens:querens M — 328 unionem... eidem:et officit unioni ecclesie sacrosancte V — 329 ecclesie sancte unionem:un. eccl. s. M — legitime:legitima M — 333 pape om. G, V — episcopi:ipsi G — 334 dereliquentes:delinquentes V — 335 varie:varilis M — 336 et magnatorum om. M — 337 animarum: et an. M — clientum:clientibus G:cl. et magnatorum M — 334 ad iudicia: ad mendacia G — 340 ipsi clero:ipso cl. V — 342 unitatem:unionem G — renuuntque:veniuntque G — 344 sunt homines seipso:seipso s. hom. V — 346 inmemores:in minores M — 348 potestatem:passionem — 349 consacerdotum:sacerdotum M — 350 inferiorum:inferiorum G — 351 id, quod om. G — ex primaria donacione:de primaria devocione G — 353 sacerdotibus om. G — 354 insignes:et insignes M, V — 355 propria sua gloria:proprie sue glorie V, in F — a. corr. in-e — 356 visitaret:visitarent G — 364 sequitur:sequitur correlarium 2^m M — 366 et predicacionum:et om. V — 370 ipsorum:populorum V — 375 videtur hodie:videtur M — 381 excruisse:evenisse V — 382 videntes se fore:videntes se foris M — fore vid. se G — 383 in multis om. Mx — 385 et similiter:et om. M — 387 sanctam:sancte M — 393 fletibus:fetibus G — 394 non vocati:notati M — ad civitates: in civ. G — 399 locati:collocati M — patribus:potestatibus G — 405 ecclesie oblit:obl. eccl. M — 406 humiliata om. G — 409 curatorum:cur. et religiosum V — necesse est ac utile:necessere et utile est G, M, V — 410 putari:put., id est precidi sicut palmes putatur (cf. *adnotationes marginales*) M — 415 in suis patribus:in suis potestatibus G — 416 ex patre:ex potestate G — nos Bernhardi:nos vero Bernh. G, M, V — illico:ill., id est statim M — 417 estis:essetis M, om. G — 421 in foris:in foro M — 423 unitati:unitati ecclesie G, M, V — 428 fraternitatis:fraternitates M — 430 qui sunt:que sunt V — 435 heu om. V — 436 non quidem:quidam G — 437 alii:aliquando G, M — solo:solum M — 439 possint:possunt G — 440 secundum altitudinem:alt. secundum G — sue astucie:assusticie sue M — 443 qui:que G — sua sunt:sunt sua M — 444 patet:patet tibi M, V — 445 universalis:universitatis M — 448 proinde:perinde G — et quasi:et om. M — 451 contemptum:in c. M — 452 necessarium reputatum:rep. nec. M — 455 novi recentesque dii:n. vel recentesque quod dil G — adveniunt:advenerunt G — 464 patribus:potestatibus G — ordinariis:et ord. M — 465 eius om. M — 466 venientes om. M — 467 scindunt:et sc. V — 470 ad plebes:ad plebem G — 471 primaria et:et primaria M — 472 sompnolenciam:sonnileciam G — 476 pseudomagistrorum:pseudopatrum, magistrorum V — 477 ponit:postponi G — 478 yerachiticum:yerachicum V — 479 propriis et: propriisque et M — 481 ecclesie primitive:prim. eccl. M — 482 nota:nota G — necesse est:est om. M — 483 necesse:necesse est G — 484 tantum:intantum V — et expediens valde, vel:et expediens est G: et experiens valde, vel M: aliquando vero V — pro necessitate simpliciter: pro simplici necessitate G:pro nec. simpliciter absoluta V — 485 ponitur: om. G — 486 clerius Cristi:Cristi om. G — 488 potentia:ponitur G — 490 cultum cristianum:cum hoc cristianam M — 491 profitetur:profitentur V: profiteantur M — 493 rerum om. V — 494 habens usum:habet usum M: usum habens V — 497

exponere *om.* *G* — 499 semper *om.* *M* — 500 ubique obligatur:obl. ubique *G* — iuxta:
 secundum *G* — 501 meus esse:esse meus *M* — 503 dominari *om.* *M* — 504 paucisque
 et:et *om.* *G* — 507 in proprio: in *om.* *V* — 509 ut habetur:unde h. *M*, *V* — 517 illud
 preceptum:pr. illud *M* — 519—522 Et quia... querit questio *om.* *G*, *V* — 520 sicud:s. igitur
M — sic et:sic *om.* *M* — 523 Ultimo:Dermum *V* — et sequi:et *om.* *M* — 524 ubi no-
 to... paupertate *om.* *M* — 526 noto:adverto noto *G* — parumper:aliquid *V* — 527
 quod:quia *G*, *M*, *V* — 529 militantis:mil. scilicet dicta *G*: mil. de necessitate:secundo
 modo, quia ewangelica paupertas *V* — 529 Unde:Unde quis *M*: *om.* *V* — 530 tem-
 poralibus dominio *om.* *G*:dominio *om.* *M* — 534 Cristus in summo tenuit.in summo
t. Cr. *M* — 537 fuit primus:est pr. *G*, *V* — eciam:eccliesia *M* — 538 prius:primus *G* —
543 quia ipsa:quia ipse *M* — 544 ut supra *om.* *V* — 546 mundani et humani:hum. et
 mund. *G*, *M*, *V* — 548 occasione:occasionem *M* — introductum:introducunt *M* — 559
Ihesus *om.* *M* — 564 ipsorum:ipsarum *M* — confirmatorum:confirmacio *G* — 567 ex-
 stirpanda et diminuenda:exstirpandum et diminuendum *M* — 570 ecclesiasticam:
 ewangelicam *G* — 571 Cristi cleru:cl. Cr. *M* — 572 quoniam:quam *G* — 574 docuit
 et fidelibus:fidelibus docuit et *V* — 575 in Nova Lege gracie:in lege autem gracie
M: in lege gracie *V* — 580 Que omnia:qua omnia *G* — 582 nec docuerunt:neque doc. *M*, *V* —
585 quod populus:quod eciam populus *G* — 586 sacerdotibus: a sac. *M* — 581 ecclesiasti-
 cam:ecclesiasticas *G*: et ecclesiasticam *V* — 593 id est ab eis:*om.* *G*: idem ab eis
M:illud est ab eis *V* — 594 sunt respuendi:resp. sunt *M* — 597 primo *om.* *V* — 598
 et in stabili:et *om.* *V* — allegetur:et all. *V* — 598—605 sibi 2º... sibi 3º *om.* *V* — 601 in
Cronicis:in *Cronica G*, *x*:in *Cronica Cesareensi M* — 602 papatus:papatu *M* — 603 conci-
 lio:consilio *M* — decimas:ecclesiasticas dec. *G* — 604 ecclesias parochialibus:parochiis
G — 605 illud:consequenter illud *V* — 606 *Si*: dicentes *Si* *V* — fortassis:forte *M* — 607
 et non : et *om.* *M* — 609 iure:via *G* — 610 Cristus:est Cr. *M*, *V* — 610—635 Et patet... ge-
 neracio prava etc. *om.* *V* — 612 et auctoritatibus:et *om.* *G* — 614 Bernhardi:Benedicti
G — tenendus:tenendum *M* — 615 quod:qui *M* — 616 sacra:sanctorum *G*, *M* — 617—635
Augustinus... generacio prava etc. tantum in *M* legitur — 636 notatis:sic stantibus
V — quesitum:istum articulum *V* — 637 simpliciter absolute *om.* *M* — 639 eam:ipsam
G, *M*, *V* — 641 in fine:in finem *M* — Cristi Ihesu:Cristi *om.* *M* — 642 redire:rediri *M* —
646 omnia *om.* *M* — 647 inferorum:inferri *G* — aduersus ecclesiam:adv. eam, hoc est
 eccl. *G* — 648 est eciam:eciam est *V*:eciam *om.* *M* — quod dicit:quod eciam dicit *M* —
 649 turbari potest:pot. turbari *M* — 650 non potest:non *om.* *F* — hoc eciam:h. est. ec.
G, *V* — 653 prophetavit:prophetant *M*:prophetat *V* — 655 corruerint:—unt *M* — elevabun-
 tur:sublimabuntur *V* — 656 id est quod *om.* *M* — 657 que corruerant:qua corruerat
G — 660 Secundo sequitur:Secundum correlarium, secundo seq. *M* — 661 finalis
 iudicii:iudicii finalis *G*, *M*:finali iudicii *V* — 666 necesse est:n. est simpliciter absolute
V — 667 in ewangelica paupertate:etc. *V* — 670 cleri Cristi:Cr. cleri *G* — 671 non vi-
 detur ... vera:principaliter consistit in *V* — vere esse:verum v. esse *M* — in affectu
 et effectu *om.* *V* — 672 in observancia:in *om.* *G* — 674 primo *om.* *G*, *V* — 675 de sal-
 vandis:quod omnes sacerdotes Cristi a primo dotato asque ad ultimum civiliter
 dominanten penitencia satisfactoria non interveniente sunt in periculo eterne dampna-
 cionis *G*, *V* — 676 possident:possidet *M* — 677 Secundo:Sec. sequitur correlarie *M*: Sec.
 seq. *G*, *V* — omnes:quod omnes *V* — sic superabundanter:sic clerum, sicut dictum
 est, superh. *G*, *V* — 678 clerum:supradictam *G*, *V* — et ditantes *om.* *G*, *V* — 678—681
 indiscrete...purgari *om.* *V*:a primo dotante usque ad ultimum penitencia satisfactoria
 non interveniente sunt in eodem periculo damnacionis supradicto. Ex quo sequitur
 correlarie, quod omnes dominantes in clero civiliter sive seculariter existentes de
 salvandis necesse est ad minimum ante mortem renunciare omnibus que possident,
 alias non sunt de salvandis. Secundo omnes sic superabundanter contra regulam
 Cristi clerum dotantes indiscrete egerunt et peccaverunt, et quia cum illa macula
 sine dubio futuram vitam immaculatam non intrabunt, sequitur necessario, si salvari
 debent, eos purgari *G* — 682 3ª *om.* *G* — 683 et valde expediens:simpliciter absolute
V — 685 ad reformatam... actualiter *om.* *G* — 693 Correlarium primum, sicut:Ex
 quo sequitur correlarie, quod sicud de necessitate simpliciter absoluta *V* — 695 ne-
 cessere est:n. est simpliciter absolute *V* — 698 Correlarium secundum, necesse est:Secundo
 sequitur, quod necesse est simpliciter absolute *V* — 700 per quecumque Deus decre-
 verit auferri: a quocumque extrahere *V*: *om.* *G* — 701 de victu:et a victu *G* — 702 per
 seipso:pro seipso *M* 704—714 Et patet... meretricis magne *om.* *V* — 706 tamen *om.*
G — 709 raciones validiores:racionibus validis *G* — 714 hic habere:habere hic *M*, *V* —
 716 ut proponitur:sicud p. *V* — vera:vera de dampnacione meretricis magne etc. *M*.

ADNOTATIONES MARGINALES

- 1 G *margo inferior* (*m. inf.*) (*Numeris lineae textus designatae sunt*) Questio
M. Symonis Tyssnow anno 1416 in quodlibetho
- 23 F *margo dexter* (*m. d.*) Ecclesia Cristi 1
G *m. d.* Ecclesia Cristi capitul tripliciter
- 41 F *margo sinister* (*m. s.*) Secundum notabile
- 43 F *m. s.* Unica regula cristianorum
- 85 F *m. d.* Consilium doctorum
- 112 G *m. d.* Paulus
- 115 G *m. d.* Petrus
- 121 G *m. d.* Iohannes
- 127 F *m. s.* Quartum notabile
- 129 F *m. s.* Unito intrinseca
G *m. d.* Unio ecclesie Cristi capitul dupliciter
- 131 F *m. s.* Unio extrinseca
- 191 G *m. s.* Exemplum
- 303 F *m. s.* Reformare unionen ecclesie
- 329 G *m. d.* Turbatores ecclesie unitatis
- 410 F *m. d. i. e.* precidi, sicud palmes putatur
- 493 F *m. d.* Abrenuncciacio triplex
- 511 F *m. d.* 3^a perfectissima
- 527 G *m. d.* Ewangelica paupertas
- 566 G *m. d.* Decime
- 605 G *m. s.* Gregorius
- 608 G *m. s.* Ambrosius

LOCI

(Numeris indices textui inserti designantur)

- 1 Matth. 13, 44.
 2 Eccles. 9, 1.
 3 Matth. 13, 47–48.
 4 Eph. 1, 22–23.
 5 Matth. 17, 5.
 6 Gen. 1, 26.
 7 1. Joh. 4, 1.
 8 Joh. 16, 13.
 9 Deut. 4, 6–7.
 10 Eph. 2, 19–20.
 11 1. Petr. 2, 9–10.
 12 Apoc. 21, 2–3.
 13 Act. 4, 32.
 14 Luc. 11, 23.
 15 Ioh. 10, 8.
 16 Ioh. 17, 22.
 17 1. Cor. 1, 11. 10–13.
 18 Ps. 132, 1.
 19 Matth. 28, 20.
 20 Prov. 19, 13–14.
 21 Cf. Matth. 24, 28.
 22 Thess. 2, 4.
 23 2. Thess. 2, 9.
 24 Cf. Mc. 13, 20.
 25 Cf. Mc. 13, 27.
 26 Cf. Ioh. 10, 16.
 27 Dan. 11, 32, 31.
 28 Cf. Apoc. 17, 2.
 29 Cf. 2. Tim. 2, 8.
 30 Act. 4, 32.
- 31 Jer. 9, 22.
 32 Philipp. 2, 21.
 33 Philipp. 3, 8.
 34 Rom. 13, 7.
 35 Cf. Matth. 23, 5.
 36 Apoc. 17, 3.
 37 Philipp. 2, 21.
 38 Cf. Ioh. 7, 27.
 39 Deut. 32, 17.
 40 Cf. Prov. 9, 13.
 41 Prov. 9, 17.
 42 Luc. 19, 2 seq.
 43 Matth. 8, 5 seq.;
 Luc. 7, 2 seq.
 44 Luc. 14, 33.
 45 Act. 6, 2–6.
 46 Cf. 1. Cor. 16, 1.
 47 Matth. 6, 34.
 48 Matth. 19, 21.
 49 Luc. 10, 38 seq.;
 Ioh. 11 passim.
 50 Deut. 32, 17.
 51 Ioh. 14, 6.
 52 Non inveni
 53 D. 8 c. 5
 (Friedberg I. col. 14).
 54 De virginitate, Migne,
 Patrologia Latina, T. 16,
 p. 286.
 55 Cf. M. Iohannis Hus Po-
- lemica, Defensio articu-
 lorum Wyclif, ed. Eršíl,
 p.
 56 D. 11 c. 6
 (Friedberg I. col. 25).
 57 D. 8 c. 9
 (Friedberg I. col. 15–16).
 58 C. 1 q. 1 c. 26
 (Friedberg I. col. 369).
 59 C. 11 q. 3 c. 101 § 2
 (Friedberg I. col. 672).
 60 Non inveni.
 61 Lev. 18, 30.
 62 Ezech. 20, 18.
 63 Eph. 4, 22.
 64 Ps. 77, 8.
 65 Mal. 4, 4.
 66 Ps. 91, 15–16.
 67 Matth. 13, 41.
 68 Matth. 16, 18.
 69 Cf. Gregorii Magni Mo-
 ralia, MPL T. 176, p. 28
 (Janov, Regulae I, p. 79).
 70 Dan. 11, 31–32.
 71 Dan. 11, 32.
 72 Dan. 11, 34.
 73 Dan. 11, 32.
 74 Cf. adn. 55.

LOCI DE REGULIS VETERIS ET NOVI TESTAMENTI

(M. Mattheiae de Janov), plerique l. III., tr. 4. De unitate et universitate ecclesie, ab
 auctore sumpti (ed. Vl. Kybal, Regularum Veteris et Novi Testamenti vol. II.).

- a) Kybal II, p. 268.
 b) Ibidem p. 57.
 c) P. 56–57.
 d) P. 144.
 e) P. 145.
 f) P. 259.
 g) P. 140.
 h) P. 62–63.
 i) P. 141.
 k) P. 64.
 l) Cf. p. 144, 173, 177.
 m) Cf. p. 155.
 n) P. 141–142.
 o) P. 142.
 p) P. 143.
 r) P. 146.
 q) P. 156.
 s) P. 157.
- t) Cf. p. 166.
 u) P. 157.
 v) P. 166.
 x) P. 161.
 y) P. 157.
 z) P. 166.
 A) P. 157.
 B) P. 161–162.
 C) P. 157.
 D) P. 162–163.
 E) P. 163.
 F) P. 190.
 G) P. 218.
 H) P. 218–219.
 I) P. 219.
 K) P. 222.
 L) P. 282–283.
 M) P. 240.
- N) P. 241.
 O) P. 247.
 P) P. 281.
 R) P. 283.
 Q) P. 281–282.
 S) P. 282.
 T) P. 183–184.
 U) P. 280.
 V) P. 280.
 X) P. 280–281.
 Y) P. 298–299.
 Z) P. 172.
 zz) P. 169, cf. Kybal I, p. 78
 bb) P. 218, cf. Kybal I, p. 71
 cc) P. 169, cf. Kybal I, p. 76
 dd) Kybal I, p. 79.
 ee) Kybal I, p. 78.